

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario  
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam  
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota  
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

**Klemens <XII., Papst>**

**[Ettenheimmünster], 1738**

Iunius

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

Maïus.

mae lectioni addatur initium Octave lectionis <sup>201.</sup>  
usque ad haec verba: "Denique anno salutis  
etiam exclusivè.

NB. Si imprimitur, totus 2. <sup>2a</sup> Nocturnus extrahatur.

Die 30. Maïi.

S. Mariae Magdalenaë de Pazzis <sup>Vide folio</sup>  
Virg. Semidupl. <sup>400.</sup>

Hoc festum habetur in Parte Vern: Vet: Brev: die <sup>plata lat. et con</sup>  
29. Maïi. f. 650. Omnia ut ibi, sed septima lec- <sup>1. orb. B. M.</sup>  
tio terminetur cum his verbis: "tormenta para- <sup>off. ul. nol. is. mag</sup>  
"tam offererat. Reliqua proponantur Octava <sup>lat. lat. pl. talis</sup>  
lectioni. Lectio 12. de Felice f. 655. in Vet. Brev. <sup>Di. p. et lat</sup>  
Si imprimitur, totus 2. Noct. extrahatur. <sup>12. et com. ent</sup>  
<sup>de s. filia.</sup>  
<sup>in v. com. f.</sup>  
<sup>relonda are</sup>  
<sup>in simili v. p. ent</sup>

## FESTA IUNII.

Die 1. Junii.

S. Enneconis Abatis  
Duplex.

In Veteri Breviario Parte Vernali pagina  
CCXXXIV. In Parte verò Æstivali pagina  
CCXIII. <sup>6r</sup> Omnia ut ibi.

Iunius.

Die 5. Iunii.

## S. Bonifacij Ep. et Mart:

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris.

Oratio.

Deus, qui multitudinem populorum beati Bonifacii Martyris tui, atque Pontificis prædicatione ad agnitionem tui Nominis vocare dignatus es: Concede propitius; ut ipsius intercessione omnes ad te feliciter pervenire mereamur. Per Dominum.

\* Absolut: Ipsius pietas, et

Benedic: Deus Pater omnip. In II. Noct: Lect: V.

Bonifacius, natione Anglus, cum adhuc puer quinque annorum esset, in quodam cœnobio Ordinis Sancti Benedicti in Anglia, quod Muschella dicitur, à parentibus Domino serviturus oblatus est, in quo sub disciplina Wolfardi, ac postea Wigeberti Abbatum, proficientibus eius ex tempore meritis, trigesimo vitæ suæ anno Sacerdotii gradum suscepit, tantumque Divinis literis Studium impendit, ut Doctor omnium clarissimus ha-

Iunius.

203

beretur, et esset. Tandem amore Christi, et  
Zelo animarum accensus, cum licentia sui Ab-  
batis Traiectum in inferiore Germania com-  
migrans, per annos tredecim Frisonum, Fran-  
corumque gentem in fide Catholica diligen-  
ter instruxit. R. Honestum fecit. f. 37.  
Temp. Pasch: R. Lux perpetua. f: 175.

Lect: VI.

Quibus virtutibus illustris à Gregorio se-  
cundo Pontifice summo Romam accersitus,  
ab eo Episcopus consecratur secundo Ka-  
lendas Decembris, et Bonifacius dici voluit,  
cùm antea Winfridus appellaretur, presti-  
tòque iuramento de fidei puritate conservan-  
da, Moguntinae civitatis primus Episcopus  
designatus, ad illuminationem totius Germa-  
niae destinatur. Unde Germanorum Apostolus  
dici meruit. Brevi siquidem tempore Fran-  
coniae, Bavariae, Thuringiae, ac Saxoniae  
populos Deo acquisivit, ubique vitia exstirpans

virtutes, templa, ac Monasteria plurima  
erigens, quibus ministros probatissimos præ-  
ficiēbat. *R. Desiderium. f. 39.*

*Temp. Pasch. R. In servis suis. f. 176.*

*Lect. VII.*

Postquam ergo decem et sex annis per Fri-  
siam prædicasset, in Dookum oppido, nunc  
Leovardiensis Diœcesis, anno Domini sep-  
tingentesimo quinquagesimo quinto nonis  
Iunii ab infidelibus oppressus, martyrio co-  
ronatus est cum suis, quos plures, quàm  
quinquaginta in fidei prædicatione coope-  
ratores habebat, in quibus triginta Mona-  
chi memorantur. Quorum omnium Sanc-  
torum Martyrum corpora Traiectenses ac-  
cipientes, honorificè sepulture tradide-  
runt. Sanctum tamen Bonifacium, victi  
precibus Lulii Archiepiscopi, Moguntiam  
remiserunt, quem ille in Fuldensi ~~Monasterio~~  
~~rio~~ Cœnobio, ab eodem Bonifacio structo,  
plurimis insignem miraculis sepelivit.

*R. Stola iucunditatis f. 40.*

Iunius.

205.

Temp. Pasch. R. Filiae Ierusalem p. f. 177.

Leet: VIII.

Scriptit Sanctus Bonifacius vitas quorundam Sanctorum, et breves tractatus, opusque insigne de Virtutibus, et vitis, versibus exaratum. Eius etiam scite dictum de Sacerdotibus in Concilio Triburiensi refertur; Interrogatus enim; an liceret in vasculis ligneis Sacramenta conficere? respondit: Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc econtra lignei sacerdotes aureis calicibus utuntur.

\* R. Posuisti Dne. f. 41.

\* In 3. Noct. Si quis venit ad me. extra tempus Pasch. Missa statuit. ut videre est in Novo Missali Tulensi.

Temp. Pasch. R. Lætabitur iustus. f. 178.

In 3. Noct: Ego sum vitis vera. Temp. Pasch: missa Protexisti. Orat: ppria.

Die 6. Iunii.

S. Claudii Ep. Conf: dup.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis,

op. f. 177. 178.

quique hodierna die beatum Claudium  
Confessorem tuum, atque Pontificem æter-  
næ beatitudinis gloriâ sublimasti: con-  
cede propitius; ut cuius merita vene-  
ramur in terris, intercessionis eius auxi-  
lio apud tuam misericordiam munia-  
mur in cælis. Per Dominum.

Reliqua ut in Vet: Brev: part: Vern: f: ccxliii.

Parte Festivali f: ccxxv. 67. et à eq. de feq

Die 7. Iunii.

S. Norberti Ep. et C. dupl.

In Vet: Brev: fuit 6. huius. P. Vern: f. 658.

Parte verò Festivali: f: 330. omnia ut ibi.

Die 10. Iunii

Vide f. 420.

Die 12. Iunii

S. Leonis III. Pap. et C. dupl.

Oratio.

Deus, qui beatum Leonem Confessore  
tuum, atque Pontificem virtute constan-  
tiæ in exercendo pastoralis munere contra

seculi potestates corroborasti: tribue qua-  
sumus nobis famulis tuis; et eius apud  
te intercessionibus adiuvari, et ab om-  
ni hostium impugnatione defendi. Per  
Dominum.

Deinde fit comm: Ss. Basilidis, ut in Vet. Br.  
P. Vern: f: 667. Parte verò Festiv: f: 339.

In II. Noct: Lect: V.

Leo huius nominis tertius, Romanus, ex  
Patre Asuppio, à pueritia omni Ecclesia-  
stica ac divina disciplina instructus, mo-  
nasticum habitum sancti Patris Benedicti  
induit. Deinde Presbyter Cardinalis ti-  
tuli sanctæ Susannæ creatus, castimoniâ,  
facundiâ, animi constantiâ, beneficen-  
tiâ in pauperes, ingenii mansuetudine,  
et Divini honoris, rerumque Ecclesiasti-  
carum zelô insignis fuit. His virtutum  
gradibus ad supremam Pontificatus digni-  
tatem, novorum meritorum splendore

\* Absolutio:  
Ipsius pietas,  
Benedictio:  
Deus Pater  
omnipotens.



ab ipso deinceps illustratam ascendit, in templo sanctæ Sufannæ ad thermas Diocletianas incredibili omnium plausu, ipso die obitus Adriani, septimo Kalendas Ianuarii anno Christi septingentesimo nonagesimo quinto electus.

Rx. Inveni David. f. 31.

Lect. VI.

Beato Pontifici omnia prosperè initio evenisse sunt visa: mox tamen factione quorundam impiorum ipsius felicitati invidentium, oculis et linguâ mutilatus, vulneribus penè confectus, ac semivivus relictus, postidie per insigne miraculum sanus inventus fuit. Ex coniuratorum manibus à Spoletano Duce ereptus Leo, ad Carolum Magnū Francorum Regem profectus est, eiusque hæc prima vox fuit ad Regem: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax homini-

Iunius.

209.

bus bonæ voluntatis: nempe se sum-  
mis licet affectum iniuriis, nuntium  
pacis, non bellorum, aut dissidiorum  
adesse, sanctissimè affirmavit. Sce-  
ris tamen atrocitate permotus Carolus  
Romam primò è Germania Pontificem  
cum honore remisit, ac ipsemet mox Ur-  
bem petüt, eique Leo Romanum Im-  
perium detulit, et suis persecutoribus  
vitam precibus obtinuit.

Rx. Posui adiutorium. f: 32.

LECT: VII.

Pridie Kalendas Maii Anno Domini Oc-  
tingentesimo primo, horâ secundâ noc-  
tis maximo terræ motu Italia tota con-  
cussa est, multa que ubique ædificia  
contuerunt; sed in primis Romæ tectum  
Basilicæ sancti Pauli procubuit: ob id in-  
stitutum est à Leone, ut præcedentibus  
tribus Ascensionem Dominicam diebus

Supplicationes ad diversa templa haberentur, ac statim eandem Ecclesiam pristino splendori restituit. Peregrinis amplissimum Xenodochium exstruxit: patrimonium, aliisque fundos pauperibus adscripsit. In maiori à se exstructo apud Basilicam Lateranensem Triclinio, quod summorum Pontificum, et Imperatorum convivis instruendis designaverat, publicæ pacis iam partæ, et Imperii Occidentis in Carolum ab Apostolica sede translati monumentum Musivo opere exprimi voluit.

Rx. Iste ~~sanctus~~ est, qui ante. f. 33.

Leet: VIII.

Basilicas sacræque ædes tum intra, tum extra Urbem instauravit, easque tot, tantisque divitiis locupletavit, tam singulari munificentia ornavit religiosissimus Pontifex ut id fidem omnem superare videatur. Cùm maligni quidam homines semina rixarum

inter Sanctum Leonem, et Carolū Magnum spargere conarentur, inter alia ad ipsum scripsit Imperator, quòd, qui per mendacium, et malas machinationes vult Filium separare à Matre, iudicium habebit cum ipso Clavigero Regni cœlorum beato Petro apostolo. Tribus ordinationibus mense Martio celebratis, quibus Presbyteros triginta, Diaconos undecim, Episcopos viginti sex creavit. Sanctissimā vitam pio fine coronavit pridie Idus Iunias, anno Christi Octingentesimo decimo Sexto, cum annos viginti, menses quinque, dies decem et septem sedisset, ac in Vaticana Basilica sepultus est.

R. Iustum deduxit. f. 35.

In 3. Noct: Homo peregrè. Lect: i2. de SS. Mm. <sup>et com.</sup> ex duab; una. B.

Die i4. Iunii. Orat: propr: supra f: 5<sup>mo</sup>

S. Felicis Martyris dupl. in Min: Brev: deest. in cy qnd

Omnia ut in Vet: Br: Part: Festiv: f: CCXV.

Vide f. 403. SS. Viti, Modesti, Mart. dup.

Die 15. Iunii.

~~2<sup>da</sup> Nocturny  
totus extractus.~~

~~Oratio, et Lectiones 2<sup>di</sup> Nocturni ut in Vet.  
Brev: sed ita distribuuntur: Lectio 5<sup>ta</sup> in-  
cipit: Vitus admodum puer.~~

~~Lectio 6<sup>ta</sup> Ibi eam sanctitatis laudem.~~

~~Lectio 7<sup>ma</sup> Quos ubi constantiores.~~

\* Absolutio  
A vinculis  
Benedict:  
Evangelica lectio. ~~Lectio 8<sup>va</sup> Quate inflammatus irâ. &~~

In III. Noct: Lect: IX.

Cap. 10. 9.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore dixit IESUS discipulis suis:  
Qui vos audit, me audit; Et, qui vos spernit  
me spernit. Et reliqua.

lib: 3. in Luc.  
c. 42.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ut in audiendo quisque vel spernendo Evan-  
gelium Predicatore non viles quasque perso-  
nas, sed Dominum Salvatorem, imò ipsum  
Patrem spernere se, vel audire disceret,  
ait: Qui vos audit, me audit: et, qui vos  
spernit, me spernit; qui autem me spernit,  
spernit eum, qui me misit: quia procul du-

bio in discipulo magister auditur; et in filio Pater honoratur. Potest et ita intelligi: qui non facit misericordiam uni de fratribus meis minimis, nec mihi facit, quia et ipse pro his formam servi, et pauperis habitum suscepi.

Rx. Propter testamentum Domini et leges paternas sancti Dei persisterunt in amore fraternitatis: \* Quia unus fuit semper spiritus in eis et una fides. X. Ecce quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in unum. \* Quia unus.

LECT: X. <sup>Benedictio.</sup> Ille nos benedicat.

Reversi sunt ~~ergo~~ autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Bene quidem confessi sunt, deferentes honorem nomini Christi; sed quia infirmam adhuc fide gaudebant virtutibus, vide, quid audiunt. Et ait illis: videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem: non modo video, sed prius

videbam, quando corruit; quod autem ait:  
sicut fulgur; vel precipitem de supernis  
ad ima lapsum significat, vel quia deiectus  
adhuc transfigurat se in Angelum lucis.

R. Sancti mei, qui in carne positi, cer-  
tamen habuistis; \* Mercedem laboris ego  
reddam vobis. V. Venite benedicti Patris  
mei, percipite regnum. \* Mercedem.

Benedictio.

Quorum festum colimus p.

Leet: XI.

Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra  
serpentes, et scorpiones. Hoc est, omne  
genus immundorum spirituum de obsessis  
corporibus eijciendi: quamvis et ad litteram  
rectissimè possit accipi: siquidem et Paulus  
à vipera invasus nihil adversi patitur.

R. Corpora Sanctorum in pace sepulta  
sunt, \* Et nomina eorum vivent in ge-  
nerationem et generationem. V. Sapien-  
tiam Sanctorum narrent Populi, et laudem

eorum pronuntiet omnis Ecclesia. \* Et  
nomina.

Benedictio. Ad societatem p.  
Lect. XII.

Hoc sanè inter serpentes, qui dente, et  
Scorpiones, qui caudâ nocent, distare ar-  
bitror; quòd serpentes apertè sævientes,  
Scorpiones clam aculeo suo insidiantes, vel  
homines, vel dæmones significant: serpen-  
tes, qui inchoandis virtutibus venena pra-  
væ persuasionis obiciunt: Scorpiones, qui  
consummatas virtutes ad finem vitare  
contendunt. Verùm tamen in hoc nolite  
gaudere: quia Spiritus eicere, sicut et  
virtutes alias facere interdum non est  
eius meriti, qui operatur, sed invo-  
catio Nominis Christi hoc agit.

¶. Iustorum anima in manu Dei sunt,  
et non tanget illos tormentum mortis: vi-  
si sunt oculis insipientium morti, \* Illi au-  
tem sunt in pace. ¶ Deus tentavit illos, et



invenit eos dignos se. \* Illi autem. Glo-  
ria Patri. \* Illi autem.

Cap. 10. c.

Sequentia Sancti Evangelii  
Secundum Lucam.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis:  
qui vos audit, me audit, et qui vos sper-  
nit, me spernit; qui autem me spernit,  
spernit eam, qui misit me. Reversi sunt  
autem septuaginta duo cum gaudio dicen-  
tes: Domine etiam dæmonia subiiciuntur  
nobis in nomine tuo. Et ait illis: Vide-  
bam Sathanam sicut fulgur de cælo ca-  
dentem. Ecce: dedi vobis potestatem  
calcandi supra serpentes, et scorpiones,  
et super omnem virtutem inimici: et ni-  
hil vobis nocebit. Verumtamen in hoc  
nolite gaudere, quia Spiritus vobis subii-  
ciuntur: gaudete autem, quod nomina  
vestra scripta sunt in cælis.

resp. à cap. de seq. com. p. 292

Iunius.

217.

Die 16. Junij.

S. Ioannis à S. Facundo Conf.

Duplex.

Omnia de Comuni Confess: non Pont: præter ea,  
quæ sequuntur.

Oratio.

Deus auctor pacis, et amator charitatis,  
qui beatum Ioannem Confessorem tuum  
mirificâ dissidentes componendi gratiâ  
decorasti: eius meritis et intercessione con-  
cede; ut in tua charitate firmati nullis à  
te tentationibus separemur. Per Dominū.

In I. Noct:

Lectiones: Iustus si morte. de Comuni.

In II. Noct: \* Lect. V. <sup>\* Absolutio. Ipsius pietas.</sup>  
<sup>Benedictio. Deus pater omnip.</sup>

Ioannem Sahagúni in Hispania nobili ge-  
nere natum parentes, cum diu prole ca-  
ruissent, pijs operibus et orationibus à  
Deo impetrarunt. Ab ineunte ætate  
egregium futuræ sanctitatis specimen dedit:

nam è loco superiori ad cæteros pueros crebrò verba faciebat, quibus eos ad virtutem et Dei cultum hortabatur, eorùmque dissidia componèbat. In Patria Monachis sancti Facundi Ordinis sancti Benedicti primis literarum rudimentis imbuedus traditur: dum ùs operam daret, curavit, ut Parochus Ecclesiam administraret, quod manus juvenis, nullis rationibus adduci potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, ob spectatam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab eoque Presbyter et Canonicus factus multis beneficiis auctus est. Sed relicta aulâ Episcopi, ut Deo quietiùs serviret, omnibus Ecclesiæ proventibus abdicatis, se cuidam sacello addixit, ubi sacrum quotidie faciebat, ac de rebus divinis magna cum auditorum ædificatione frequenter concionabatur.

R. Honestum fecit illum Dñs. f. 22.

Lect: VI.

Postea studiorum causâ Salmânticam profectus in celebre collegium divi Bartholomæi cooptatus, sacerdotis munus ita exercuit, ut simul optatis studiis incumbere, et in sacris etiam Concionibus assidue versaretur. Cùm verò in gravissimum motbum incidisset, arctioris disciplinæ voto se obstrinxit; quod ut redderet, cùm prius cuidam pauperi penè nudo ex duabus, quas tantum habebat vestes, meliorem dedisset, ad Cœnobium Sancti Augustini severiori disciplinâ tum maximè florens, se contulit, in quo admissus, obedientiâ, animi demissione, ac oratione provectiores anteibat. Triclinii cura cùm ipsi demandata esset, vini doliolum, ipso attingente, omnibus Monachis per annum abundè suffecit. Exacto tyrocinii anno

Præfetti iussu munus concionandi suscepit. Salmantice id temporis adeò cruentis factionibus divina, humanaque omnia permixta erant, ut singulis propemodum horis cædes fierent, et omnium ordinum, ac præsertim nobilium sanguine non vice solum, et fora, sed templa etiam redundarent.

R. Amavit eum. f. 24.

LECT. VII.

At Ioannes tum concionibus, tum privatis colloquiis civium animos demulcens, ad tranquillitatem urbem reduxit. Virum Principem graviter offendit, quòd illius in subditos sævitiam increpasset. Quade causa equites duos immisit, qui eum in itinere confoderent: iamque ad ipsum propinquaverant, cum, stupore divinitus immisso, simul cum equis immobiles steterunt, donec ad pedes Sancti Viri proculuti sceleris veniam precarentur. Ipse

quoque Princeps repentino terrore  
perculsus iam de salute desperaverat,  
cū revocato Ioanne facti pœnitens  
incolumitati redditus est.

R. Iste homo. f. 25.

Lect: VIII.

Factiosi autem homines, cū eum fustibus  
peterent, brachiū diriguere, nec ante  
redditæ vires, quàm delicti veniã pre-  
carentur. Christum Dominum, dum Sacrū  
faceret, præsentem contueri, atque ex ip-  
so divinitatis fonte cœlestia misteria hau-  
rire solitus. Abdita cordis inspicere, ac  
futura rarō eventu prælagire frequens  
illi fuit: fratrisque filiam septennem  
mortuam excitavit. Denique, mortis die  
prænuntiato, et Ecclesiæ Sacramentis  
devotissimè susceptis, extremum diem  
clausit, multis ante, et post obitum miraculis

gloriosus. Quibus ritè probatis Alexan-  
der Octavus Sanctorum numero eum  
adscripsit. R. Desiderium. f. 27.

In III. Noct: Sint lumbi vestri.

Die 17. Iunii.

S. Basilii Magni Ep: et Conf: dupl.

In hymno Meruit supremos.

In Vet: Brev: 14. huius. f. 341. Omnia ut ibi.

Die 19. Iunii.

SS. Gervasij et Protasij Mm.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurim: Mart: præter ea  
quæ hic notantur:

# ut in Brevario.

Oratio<sup>no</sup> et Lectio<sup>re</sup> V. et VI. <sup>= sume ex</sup> ut in Veteri Brev.

Centon II<sup>da</sup> et III<sup>tiam</sup>

Lectio<sup>tuero</sup> VII. et VIII. <sup>vaerit</sup> de serm: S. Augustini Ep.

Quotiescunque. ut in Comm:

In III. Noct: Descendens IESUS. de  
eodem Comuni. R. 10. Hoc est vera frat:

In 2. Vesp: Com: S. Silveriæ P.m. Or. In-  
firmitatem. Et S. Florentinæ Virg. Or. Exaudi.

Iunius.

Die 20. Iunii.

Post comm: S. Silverii fit com: S. Florentinae Virg: in Laud. et Missa.

223.  
20 Jun. S. Iulianus  
Die festum  
21 Jun. S. Aloysii  
Gonfugo

Die 22. Iunii  
S. Ediltrudis Virg.  
Or. Exaudi.

Die 23. Iunii

Post Orationem Vigiliae S. Ioannis fit comm:  
S. Ediltrudis Virg: in L. et M. Or: Exaudi.

Die 24. Iunii

In Nativitate S. Ioannis Bapt.  
duplex i. Classis.

Rubrica: Si Festum S. Ioannis Baptae occur-  
rat in die Corporis Christi, hoc singulare  
habet privilegium, ut illius officium trans-  
feratur in sequentem diem 25. <sup>ta</sup> à quocun-  
que alio officio 12. lectionum etiam impe-  
ditam, cum commem: Octavae. Sed in 2. Vesp.  
Corporis Christi fit tantum commemoratio S.  
Ioannis Baptiste.

hanc et hbt  
post illud  
Sed in hunc pro  
necesse est  
cetera. fiat  
nisi cetera

Die 26. Iunii

SS. Ioannis et Pauli Mm. dupl.  
Reliqua ut in Veteri Breviario.



Iunius.

Die 30. Junii.

In Comemoratione S. Pauli Apost.  
Duplex.

Rubrica: „ Si commem. S. Pauli venerit  
„ in die Octava Corporis Christi, transfer-  
„ tur in primam diem non impeditam.  
„ In ppria vero Ecclesia fit officium de eo.

Reliqua ut in Veteri Breviario, in quo  
ultima Rubrica die 30. Junii posita (quod  
incipit: „ Si commem. S. Pauli p.) est abro-  
gata.

4. Iulii  
Udalricus Ep.  
inferatur.

6. Jul.  
vet. 11. Ap. Liber et  
Liberi. Dupl. In  
2. Vesp. a. cap. de  
Jug. com. p. 10  
Asia. Liber et  
V. officium oratio  
Seyanz dealem.

FESTA IULII.

Die 7. Iulii.

S. Willebaldi Ep. et Conf. Dupl.

Omnia ut in Vet. Brev. Part. Æstiv. f. ccxvii.

Die 8. Iulii.

S. Chiliani Ep. et Mart. Semid.

Omnia ut in Vet. Brev. Part. Æstiv. f. ccxviii.

Die 9. Iulii.

S. Elisabeth Reginae Lusitan. Viduae  
Semiduplex.